



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Quaestio 22. An inquisitor absq[ue] incursu exco[mmun]icationis requirere possit d[omi]nos t[em]p[or]ales exco[mmun]icatos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

## Tertia Pars Directorij

552

privilegiis inquisitorum: nro. 418. ver. item inquisito-  
res Monachi, huius privilegij de quo hic Eymeri-  
cus meminisse etiam videtur.

### DE EXCOMMUNICATIONE

Inquisitoris, eius socij, & notarij.

#### QVÆSTIO IX.

Excommunicarne possit Inquisitor  
& eius notarij ab Apostolice  
Sedis delegatus.

**N**on iesima prima quæstio est: Vtrum sedis Apostolicae delegatus, aut ab eo subdelegatus, cōseruator, aut executor, a se de Apostolica deputatus, possit inquisitorem, & eius notarios excommunicare.  
Respondeamus quod non, vt patet in litteris prædictis domini Urbani iij. tenoris sequentibus:  
Habetur su-  
per pag. 132. Ne inquisitionis negotio contra damnata heresim prudentia vektra comitissimum, impediti (P absit) propter aliquorum astutiam, vel etiam retardari contingat, vobis auctoritate præsentium indulgemus, vt nullus sedis Apostolicae delegatus, vel subdelegatus, ab eo cōseruator, aut etiam executor a sede Apostolica deputatus eadē, seu etiam deputandus, in vos, vel quatuor notarios suis scriptores vestros, super his vobis fideliter obsequentes, quamdui in prosecutione huiusmodi & negotij vos & ipsi fueritis, possit excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti sententiam promulgare, absque speciali mandato prædictæ sedis faciente plenā, & expressam de hac indulgentia mentionem: decernentes irritū, & inane, si feceris fuerit attētatum. Nulli ergo, &c.

#### C O M M E N T . LXX.

Inquisitores nequeunt ab inferioribus excommuni-  
cari. **I**n signe hoc est, & præclarum priuilegium fauore fidei concessum, ne cause religionis propter excommunicationem inquisitorum, aut aliorum officij ministrorum deserantur, aut impediatur; et interim impeditis iudicib. heretici impune graſsetur.

Concessit Urbanus hoc priuilegium inquisitoribus anno Domini MCCLXI. idem prorsus tribuerat paucis ante annis Alex. I I I. anno Domini MCCLIX. & Anagnia. xiii. Cal. Maij, referturq; in libro priuilegiorum ord. Pradicat. fol. 49. pag. 1. idem concessit etiam Clemens IIII. rescripto incipiente: Catholica fidei. vers. uos enim eorum quod referunt supra apud Eymericū. p. 2. & huius etiam priuilegij meminit Campegius apud Zanchinum c. 31. vers. secundum autem.

a. Vel quatuor notarios suis scriptores vestros. Quod hic de quatuor notariis dicitur, de plurib. citiā intelligendum est, si plures constituerentur: & qua-

to ministris inquisitorib. hanc eorum ne candis Inquisitoribus vel eorum notariis competit etiam nunc alijs inquisitorum, & sacri officij ministrantur. satis, veluti aduocatis, procuratori fiscali, consulari

A bus, carcerum custodibus, & similibus dubitari potest: & posset qd fortassis satis probabiliter dicere atq; quoq; ministris cōpetere, tū quia fauores implari debent, non restringi. c. odia. de reg. uris lib. 6. tum fauore fidei: tū postrem quoniam eadem ē in his ministris ratio reperi rit, quare idem statu oportet. l. illud. ff. ad leg. Aquilia ac sane quoniamcumque res se babeat, satis videtur aquilā, vt Sanctitas sua etiā ad alios ministros extenderet.

Verum id est notandum quod in rescripto coniunctur, videlicet: Quandiu in prosecutione huiusmodi negotij vos, & ipsi fueritis; vt intelligatur non tribui hoc priuilegium ministris amotis ab hoc officio: quoniam cessante causa priuilegij priuilegium cessat. l. adigere. S. quoniam. ff. de iure paron. c. cū cōstante de appellatio.

Atque ex his rescriptis, quorum cum Eymero meminimus, respondetur ad dubium nobis aliquid propositum, an seilicet Inquisitor hereticae translati obligatus in forma cameræ ad soluendam personem, aut ad quodlibet aliud possit virtute obligatioonis excommunicari ob non solutionem, nam non posse in personam ipsius inquisitoris intentari aliquam actionem, aut excommunicationem ferrando offico per hec rescripta videtur esse certum: nec apparet inter priuilegia praefecti Cameralis, ut etiam contra inquisitores possit censura profere, quare fauore fidei ne in officio impediantur abque expessa Romani Pontificis facultate, faciente de hoc priuilegio mentionem, ac illud revocare, nullus cuiusvis auctoritatis, aut potestatis existat, potest inquisitore censuris ecclesiasticis innodare.

Nec obstat, se dicitur, inquisitorem obligando se in forma Cameræ huius priuilegio renunciare, quoniam respondebit, quod cum aliquod beneficium seu priuilegium concessum est toti potius alicui ordinis, quam primatis personis eius ordinis, tunc tali priuilegio renuntiari non potest, si diligenter extra deforo competet. & ubi communiter glos. Hostiens. fo-  
an. And. & alij, quare cum priuilegium praeditum sit concessum toti ordinis, & collegio inquisitorum, item propter publicam utilitatem, nempe ob fidei fauorem, & vt heretici extirpetur, consequitur plene, vt ei renuntiari non possit.

Quod si dicas ex hoc damnificari contrahentes cum inquisitoribus, cum non possint ius suum consequi, respondebo id non esse ita, cum vel ad sanctissimum dominum Papam, qui quolibet priuilegiorum coercet, vel ad supremos inquisitores recursus habiri possit, qui re cognita iubent, atque decernent, vt inquisitores, & iuri, & debitis suis satisfiant: non enim debet offici ac priuilegiorum suorum præter tu quemquam ledere. Clem. I. §. 1. de heret. vii. co-  
muniter Doctores.

#### QVÆSTIO XXII.

An inquisitor absque incursu excommunicationis requirere possit DD. temporales excommunicatos.

Vicell.

## Q V A E S T I O X X I I I .

An Inquisitor, & eius socius se mutuo absoluere possint ab excommunicatione.

Icesimasecunda quaestio est: utrum A

Inquisitor absq; incursum penitentia excommunicationis, possit require domino temporali, eorumq; officiales excommunicatos, quatenus iusta officium

lum praesent sibi auxilium, & fauorem?

Respondemus quod sic, ut patet in ca. Præsidentes de heret. lib. 6. vbi dicitur sic. Præsidentes regimini alicuius regni, province, siue loci licet excommunicati, vel de facto tantu, & non de jure iurisdictionem habentes, ac eorum officiales ad requisitionem ordinariorum, vel delegatorum ipsorum, aut inquisitorum hereticorum prauitatis no valentum sine more dispensio, vel negoti periculo, recursum habere ad superiores (qui legitimè in locis ipmis possunt iustitiam exerci) possunt, & debet contra hereticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, iustitia, & suum officium exercere. Ne requirentes huiusmodi excommunicatos, propter hoc sententia excommunicationis incurvant. Non tamen præsidentibus pralibatis, vel officiis corundem, propterea in aliis casibus intelligatur concessum aliquid, vel permittum.

## C O M M E N T . L X X I .

A Lexandi IIII. est hoc rescriptum quo propria quaestio dirimitur, quod dedit Anagni & V. Calédi. Junij, Pontificatus sui anno 6. qui incidit in annum Dom. MCCLIX. incipiebat: Quis suis, id vidimus integrum, & authenticum in Archivio inquisitionis Bononiensis.

Favor fidei respiciens, & etiam inquisitoribus privilegium tribuit non vulgare; quoniam participans cum excommunicato maioris excommunicationis vinculo innodato, minori excommunicationi supponitur. c. nuper. & c. si quidem de sent. excom. c. quonia multos. 11 q. 3. quod tamen incommodum lie falso refidei erunt inquisitoribus.

Notat hoc priuilegium Gondissalii tract. de heret. q. 19. num. 8. Joannes Roias sing. 59. incip. Excommunicatus est. & sing. 72. incipien. Cella per Regem. idem tract. de heret. par. 2. nu. 44. Nicolaus Arlatanus tract. de heret. notabili. 40. incipien. Quamvis tyrannus. quibus locis dicunt hoc esse speciale fauore fidei; ut notat etiam glossa in ca. 1. de Offic. Vicarij, lib. 6.

Est aliud etiam speciale: quoniam gesta per tyrannum ipso inveniuntur nulla. c. fundamenta. §. quod si se cur. de electio. in 6. Clemen. pastoralis. de re iudic. l. decernimus. C. de sacros. Ecclesiis. at fauore fidei si iussi inquisitorum quid in hereticos exerceat. tyrannus, aut aliis iniustus dominus, validum est. ita prædictum.

Monebo tamen hec tunc locum habere, cum inquisitoribus non possint sine more dispensio superiores considerare: quod patet ex illis verbis: Non valentum sine more dispensio, &c. aliter enim in excommunicationem inuidenter. glossa in c. præsidentes. verbis dispensio. de heret. lib. 6. & notat nominatum Gondissalii prædictato loco.

B

Icesimatertia quaestio est: Utrum inquisitor, ac eius socius, si forsitan recognoverit se esse excommunicatos in vinculo innodatos, aut et irregularitate ligatos, possint se mutuo absoluere, & in irregularitate etiam dispensare?

Respondemus quod sic, ut patet in litteris Urbanis IV. tenoris sequentis.

Vt negotium fidei valeatis liberius promoue. Relat. super revobus auctoritate presentium indulgemus, vt pag. 132.

Si vos, & fratres vestri ordinis socios vestros excommunicationis sententiam, & irregularitatem incurtere, aliquibus casibus ex humana fragilitate contingat, vel recolatis et incurrise: quia appetiunt deum nobis officium ad Piores vestros de leui super hoc recurrere non potestis, mutuo vos super his absoluere, iuxta formam Ecclesie, & voluntate auctoritate nostra dispensare possitis in casibus, in quibus dictis Prioribus, ut dicitur, est ab Apostolica sede concessum: Nulli ergo, &c.

C

## C O M M E N T . L X X I I .

M agnum est etiam hoc priuilegium, et est duplex. unum ut ab excommunicatione se posse absoluere: alterum ut super regularitatem secum possit dispensare. concessit hoc Urbanus anno Domini MCCLXI. idem referit Repertorium Inquisitorum verbo, irregularitas. §. si tam, & Campeggi apud Zanchium cap. 3. 1. in princ. Joannes Roias tract. de heret. par. 2. num. 423.

Obseruanda tamen sunt illa rescripti verba: Quia propter iniunctum vobis officium ad Piores vestros de leui super hoc recurrere non potestis: Nam a contrario sensu optime videtur sequi: Inquisitores non possunt non debere se mutuo absoluere ab his censuris, si facile, & sine fidei, & sacri officij detrimento ad suos possint recurrere superiores, a quibus mutuo absolvantur.

Et quamvis haec sententia summo iure sustineri possit. altera hic aduersa benignior est, & fortassis verior, cum sit fauorabilis; nec argumentum a contrario sensu semper locum habet, ut latè docent Doctores in rub. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio.

Nem autem hoc priuilegium Commiss. et inquisitorum competat, dubitari potest, & verius est copere favore fidei, sed de hoc alibi plenius scripsimus.

D

## Q V A E S T I O X X I V .

Quibus casibus inquisitores excommunicationem Papæ referuantur incurant.

S V M M A R. I V M .

I. In tribus casibus excommunicationem Papæ referuantur.

Inquisitores mutuo se absoluunt, & se cum in irregularitate disponunt.